

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Non alia magis est libera et vitio carens
2 ritusque melius vita quae priscos colat,
3 quam quae relictis moenibus silvas amat.
4 non illum avarae mentis inflammat furor
5 qui se dicavit montium insontem iugis,
6 non aura populi et vulgus infidum bonis,
7 non pestilens invidia, non fragilis favor;
8 non ille regno servit aut regno imminens
9 vanos honores sequitur aut fluxas opes,
10 spei metusque liber, haud illum niger
11 edaxque livor dente degeneri petit;
12 nec scelera populos inter atque urbes sata
13 novit nec omnes conscius strepitus pavet
14 aut verba fingit; mille non quaerit tegi
15 dives columnis nec trabos multo insolens
16 suffigit auro; non cruor largus pias
17 inundat aras, fruge¹ nec sparsi sacra¹
18 centena nivei colle summittunt boves:
19 sed rure vacuo potitur et aperto aethere
20 innocuus errat. callidas tantum feris
21 struxisse fraudes novit et fessus gravi
22 labore niveo corpus Iliso fovet:
23 nunc ille ripam celeris Alphei legit,
24 nunc nemoris alti densa metatur loca,
25 ubi Lerne puro gelida perlucet vado,
26 sedesque mutas: hinc aves querulae fremunt
27 ornique ventis lene percussae tremunt
28 veteresque fagi. iuvit aut amnis vagi
29 pressissae ripas, caespite aut nudo leves
30 duxisse somnos, sive fons largus citas
31 defundit undas sive per flores novos
32 fugiente dulcis murmurat rivo sonus.

¹ **Frux sacra** = Opferschrot

II. Sprachliche Erläuterungen

33 excussa silvis poma compescunt famem
34 et fraga parvis vulsa dumetis cibos
35 faciles ministrant. regios luxus procul
36 est impetus fugisse: sollicito bibunt
37 auro superbi; quam iuvat nuda manu
38 captasse fontem! certior somnus premit
39 secreta duro membra versantem toro.
40 non in recessu furta et obscuro improbus
41 quaerit cubili seque multiplici timens
42 domo recondit: aethera ac lucem petit
43 et teste caelo vivit.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Geben Sie eine metrische Analyse der Verse (Z.1-2).
2. Skizzieren Sie den philosophischen Hintergrund der Wendung **spei metusque liber** (Z.5).
3. Nennen Sie lateinische Autoren, die tragende Motive des vorliegenden Textes gestaltet haben.